Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bedae expositionum super Matthaeum libri IIII - Cod. Aug. perg. 237

Beda <Venerabilis>

[S.l.], [9./10. Jh.]

Inc.: iuxta est dominus his qui tribulato sunt (Psalm 33); adest reprobus ut praemissum est. Vultus autem domini super facientes mala ut perdat [...]

urn:nbn:de:bsz:31-14247

Visual Library

86v

non potest introire in regnum dei. Ad extremum uero subiungit.
Docentes eos seruare omnia quecumque mandaui uobis. Quia sicut
corpus sine spiritu mortuum est. ita & fides. sine operibus mortua est.
Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.
Marcus ait. Et dominus quidem postquam locutus est eis. adsumptus est in ce-
lum & sedit a dextris dei. Quia enim ipse dominus & homo est assumptus
est in caelum humanitate. quam de terra susceperat. man& cum patre
in terra diuinitate. qua terram pariter impl& & celum. Notandum
interea. quod presens ubique diuina maiestas. aliter electis suis. aliter est
reprobis. Adest enim reprobis naturae potentia incomprehensibilis.
qua omnia cognoscit nouissima & antiqua. Intellegit cogitationes
alonge. & omnes uias singulorum praeuid&. Adest electis gratia
pie protectionis. qua illos specialiter per presentiam donat flagella.
quasi filios pater erudit. atque ad possessionem futurae he-
reditatis erudiendo prouehit. Adest electis ut scriptum est

Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. & humiles spiritu salua-
bit. Adest reprobis. ut promissum est. Vultus autem domini super facientes
mala. ut perdat de terra memoriam eorum. Vnde necesse est
ut semper operibus nequam paueant mali. quorum & iam
cogitationes singulae conspectui districti iudicis patent
semper in operatione iustitiae. & in his que propter iustitiam patiuntur
gaudeant boni. quibus deum diligentibus omnia cooperantur in
bonum. & in quacumque tribulatione positus. numquam
eius pi&as. cui cantatur in psalmo. Tibi enim derelictus est
pauper. pupillo tu eris adiutor. Contere brachium peccato-
ris & maligni quam pi&atis suae presentiam non tantum nobis
uerbo promisit. sed & euidentibus designauit in indiciis. Cum

[Margin note: quidam aliqui ms. codex hic quaternionem librum claudit.]

post resurrectionē suam discipulis sepius usq; ad diem qua cęlos petit.
apparuit. Eorumq; animos ammonendo increpando. sps sci
donum tribuendo roborauit. E quib; quidem apparitionib; de
cem solummodo in euangelistis scriptas inuenimus. sed plures fuisse
docet apostolus dicens. Et resurrexit tertia die secundū scripturas.
et uisus ē cephę. et post hęc xi. Deinde uisus ē plusquā quingentis
fratrib; simul. Deinde uisus ē et iacobo. Deinde apostolis om
nibus. Nouissime autē omnium tanquam abortiuo uisus est
et mihi. Quib; enim locis. t temporib; factę sunt uisiones quas com
memorat ignoramus. Tam scimus quia qđ sibi nouissime uisū ē e.
Dnm confirmat post ascensionem eē factum ē. Vel quando illum
de cęlo alloquens. de persecutore. doctore ecclę fecit. Vel quando
in paradisum et tertiū cęlū raptus. Audiuit arcana uerba quę n̄
licet homini loqui. Et sicut alibi dicit. misteriū euangelii qđ
ab homine non accepit. post reuelationē ihu xpi didicit. Decies
uero uisu [illegible] ut diximus post resurrectionē dnm euange
liorum nob [illegible] et actuū aptorū pdit historia. ubi ipso re
surrectionis suę die quinquies apparuisse legit. Primo qui
dem marię magdalenę flenti ad monumentum. Deinde eidē
marię et alteri eiusdem nominis feminę regredientib; a monumto
nuntiare discipulis quę ibi compererant occurrens apparuit.
Tertio simoni petro. quarto cleopę et socio eius. cum quib; ipse gra
diens in emmaus ibidē in panis fractione cognitus ē. Qui mox
reuersi hierosolimā inuener discipulos loquentes. quia surrexit
dns uere et apparuit simoni. Nam plenius alibi quando si
moni apparuerit non legit. Quinto apparuerit eis in eodem loco
ianuis clausis. ubi aberat thomas. Sexto post dies octo quando

erat & cu eis thomas. Septimo piscantib; ad mare tiberia
dis. Octauo in monte galileę qd hodierna lectione au
diuimus. Nono recumbentib; illis xi. apparuit die quo
ascendit in cęlu. Decimo uider eu ipsa die non iam in terra
positu. sed eleuatu in aere cęlosq; petente. Dicentib; si
bi angelis. sic ueniet que admodu uidistis eu eunte
in celum. hac ergo frequentia corporalis suę mani
festationis ostendere uoluit dns ut diximus. In omni
loco se bonorum desideriis diuinitus ee psente. Apparuit
namq; ad monumtu lugentib; aderit & nobis absentię
eius recordatione. salubrit contristatis. Occurrit reu
tentib; a monumto. ut agnita resurrectionis gaudia p
dicarent. Aderit & nobis dum dona quę nouimus pxi
mis fidelit adnuntiare gaudemus. Apparuit in fractio
ne panis his qui se peregrinu ee putantes. ad hospitiu
uocauer. Aderit & nobis cum pere grinis
et pauperib; quę cumq; possumus bona li
bent impendimus. In fractione panis. cum sacramta
corporis eius uidelicet panis. uiuificata ac simplici con
scientia sumimus. Apparuit in abdito de sua resurrectio
ne loquentib;. Adest & nob modo eius dono idem a
gentib;. Aderit nob semp cum ab extrinsecis operi
bus ad tempus uacantes de eius gra locuturi conue
nimus. Apparuit cum forib; clausis intus iudeorum metu
residerent. Apparuit cum ignorata eode metu. apostolis
cum gressib; in montis uertice quererent. Adfuit
quonda confortaturus suo spu ecclam. Cum ab infi

delib; p̄mer&ur · & adpublicum uenire ac dilatari p̄hi
ber&ur · Adest eidem & nunc cum inclinato adfidē cul
mine regali terror · qui euit p̄secutionis & omis mundi
sublimitas apostolicis est subdita uestigiis · Apparuit pis
cantib; eosque apparens diuinis adiuuit beneficiis · Ade
rit & nobiscum necessaria uitę temporalis recta inten
tione curam& · iustisq; n̄ris laborib; subsidiū suae pi&atis
subiungit · Apparuit recumbentib; · Aderit & nobiscum ·
Iuxta ap̄li monita · Siue manducamus · siue bibim& · siue
aliud quid agim& · Omia ingl̄ā dī facim& · Apparuit pri
mo iniudea · deinde ingalilea · Post haec rursum iniudea
die quo ascendit incęlū · Ad erat ac eccl̄ae cum primo so
lius iudee terminis clauder&ur · Ad ē modo cum iudaeis
obculpam p̄fidię derelictis transmigrauit adgentes ·
Aderit infuturo cum ante finem sc̄li reuitet adiudeā ·
& sicut apostolus ait · Intrante gentiū multitudine
sic omis isr̄l saluus erit · Nouissime illis apparuit
ascendens incaelum · Aderit & nobis ut eum post mor
tem sequi mereamur adcaelos · si ante mortē eum
in bethaniā unde ascendit · Idest indomum obedien
tiae sequi curamus ·

AG Videamus ergo cuius misterii gr̄a secundū matheum ·
& marcū resurgens dn̄s ita mandauerit · Praecedā
uos ingalileam · ibi me uidebitis · quod & si conpl&um ē ·
tam post multa conpl&um ē · cum sic mandatum sit ·
Quam quam sine p̄iudicio necessitatis · ut aut hoc pri- (solū aut hoc)
mum expectar&ur fieri debuisse · P̄cul dubio

quõ uox ē ista non euangelistæ narrantur. quod ita factũ sit.
sed angeli ex mandato dñi. et ipsius postea dñi. euangelistę dñi
aũt narrantes. sed quod ita ab angelo & a dño dictum sit
pphętice. dictum accipiendum ē. Galilea namq; inter
ptatur. uel trans migratio uel reuelatio. Prius itaq; se
cundum trans migrationis significationem. quid aliud occur
rit intellegendum. Pręced& uos in galileã ibi eũ uidebitis
sicut dixi uobis. Nisi quia gr͞a xpi de populo isrl̄ trans
migratura erat ad gentes. Quib; apli predicantes euan
geliũ nullomodo crederentur. nisi eis ipse dñs uiam in
cordib; hominum ppparar&. & hoc intellegimus prę
ced& uos in galileam. quod aũt gaudentes mirarent
disruptis & euictis difficultatib; aperiri sibi ostium in dño
p inluminatione fideliũ. hoc intellegit. Ibi eũ uidebitis
idest ibi membra eius inueni&is. ibi uiuum
corpus eius in eis qui uos susceperint agnosc&is.
Secundũ illud aũt quod galilea intpr̄tat reuelatio. non iã
in forma serui intellegendum. sed in illa in qua ęqualis ē
patri. quam pmisit apud iohannẽ dilectorib; suis cũ di
cer&. Et ego diligam eũ & ostendã me illi ipsũ. Non
utiq; secundũ id quod iam uidebant. & qđ &iã resur
gens cum cicatrib; non solũ uidendum. sed &iam tan
gendum. post modũ ostendit. sed secundũ illã ineffabi
lem lucẽ qua inluminat omnẽ hominẽ uenientẽ in
hunc mundũ secundum quã luc& in tenebris & tene
bræ eam ñ conphender͞unt. Illuc nos pcessit. unde ad
nos ueniens non recessit. & quo nos praecedens non deseruit

Illuc erit reuelatio tanquã uera galilea cum similes ei
erim᷑· ibi eum uidebim᷑ sicuti est· Ipsa erit &iam beatior
transmigratio ex isto sc̃lo in illã æternitatem· sic ius p̃cep
ta sic amplectam̃· ut ad eius dexterã segregari mereamr̃·
Tunc enĩ ibunt sinistri in c̃bustionẽ &ernã· iusti aut̃ in
uitã &ernã· Hinc illuc transmigrabunt· &ibi eum
uidebunt quomodo non uiderũ impii· Toll&ur enim
impius ut ñ uideat claritatem dñi· et impii lum̃ ñ uide
bunt· hæc ẽ aut̃ inq̃t uita ætña· ut cognoscant te
unũ uerũ dm̃· et quẽ misisti ihm̃ xpm̃· sicut in illa &
ηtate cognoscit᷑ quos seruos pduc& pformã serui·
ut liberi contemplentur formam dñi· hic ñ uacat req̃ · e ·
Ad testimoniũ ergo dominicę resurrectionis multa cor
pora scoꝝ resurrexer̃· ut dñm uidelic& ihm̃· ostende
rent resurgentem· & tam̃ cum monum̃t̃ ap̃ta s̃ non
ante resurrexer̃· quã dñs resurger&· ut e& primo
genit᷑ resurrectionis ex mortuis· qui enĩ resurgente dño
resurrexer̃ a mortuis & iã ad cęlos ascendente simul
ascendisse credendi s̃· Neq̃ illa ratione illorũ teme
ritatę fides ac comodanda· qui eos post ea reũsos in ci
nerẽ· ac denuo in monum̃tis quæ pridiæ pate factę sunt·
ab eis quib; paulo ante uiui apparuerunt· more mor
tuorum· putant quidã eẽ conclusos· Scam aut̃ ciui
tatem in qua uisi sunt resurgentes· aut hierosolimam
cælestẽ intellegam᷑· aut hanc terrenã quæ ante scã fu
erat· Sicut & matheus appellatur publicanus· ñ quo
& apl̃s adhuc pmaneat publicanus· sed quo pristinũ

uocabulũ teneat. Scã appellat̃ ciuitas hĩrl pp̃t templum & scã scorũ et ob distinctione. aliarũ urbium inquib; idola colebantur. quando uero dr̃ apparuer̃ multis ostendit̃ non generalis fuisse resurrectio que omnib; appar& sed specialis ad plurimos. ut hi uiderent qui cernere merebantur.

hĩla. Non uacat amisterio quod dns ingalilea post resurrectionẽ uel quod inmonte discipulis apparuit. ut significar& quia corpus qđ de communi humani generis terra nascendo susceperat resurgendo iam sup terrena om̃a subleuatũ cęlesti uirtute induerit. In monte apparuit. ut admoner& fideles. si illic celsitudinẽ resurrectionis eius cupiunt uidere. hic abinfimis cupiditatib; ad supna desideria transire. Nom uero galilee. quid misterii salutaris contineat. crebra patrũ expositione notissimũ est. sed nõ abre ẽ sepius uerbo rep&ere. quod semp necesse ẽ animo ret̃inere. Galilea quippe trans migratio facta uel reuelatio dr̃. Utraq; aũt interp̃tatio nominis ad unũ fidem respicit. siquidem iam supra legim̃ dixisse angelũ mulierib; Ite dicite discipulis eius quia surrex̃. & ecce p̃ced& uos ingalileã ibi eũ uidebitis. & nunc euangelista narrante cognouimus. quia habier̃ dti saluatoris ingalileã. ut uideat̃ ab eis. sequunt̃ illi. & uidentes eum adorant. nisi quia surrex̃ xp̃s amortuis primicię dormientiũ. sequunt̃ aũt hi qui s xp̃i. & ipsi in suo ordine aduitã de morte trans migrant. ibiq; eum uidentes adorant. q̃ac inspecie suę diuinitatis contemplantes sine fine conlau

hl. & uidentes eũ adorauer̃. Quid ẽ ergo qđ ibi p̃cedit discip̃los ingalileã.

Ixi

dant. Cui uisioni congruit illud quod galilea &iam re
uelatio interpretatur. Tunc enim reuelatio faciei. sicut apostolus
testatur gloriam domini speculantes. In eandem imaginem trans
formamur. quicumque modo reuelamur. ad eum uiam nostram.
eiusque uestigia sequimur fide non ficta. DE INITIO MATHEI. demrt in
Xpm de maria natum esse testatur. qui uelut hamus in rethis post qtzon
capite. sic in fine genealogiae positus. & in mare huius
mundi. a patre missus. Tortuosum draconem. aduncatum
occisus occidit. atque humani generis mortem. mortuus
mortificauit. & ideo uelut fune duplicato. Iterato ui
delicet unius cuiusque nomine in rethis similitudinem ge
nealogiae ordo contexitur. donec ab huius principio
hoc est ab abraham adhamum usque hoc est xpm adueniatur.
Raab quoque latitudo uel fames seu impetus interpretatur.
habet ergo famem ista. Non famem panis neque sitim aquae.
sed audiendi uerbum dei & faciendi uoluntatem eius.
De hac quidem impetus egreditur. quia uelocitas praedicati
onis flante spiritu sancto in totam mundi latitudinem dirigitur.
Queritur cum tres reliquae extraneae mulieres nominibus
propriis sint positae. Cur sola non nominetur. bersabee.
sed hoc solum dicitur quod uxor fuerit uriae. Igitur hoc ideo pu
tatur factum. quia tres aliae supra scriptae. licet criminosae
fuerint. in partibus filiorum per quos currit genealogia non
solum non culpari sed etiam laudari meruerunt. haec uero
adulterio simul & homicidio perpetrato dauid regi ge
nuit filium. in tantum culpabile coniugio ut merito in
saluatoris genealogia uideatur non nominata. Nom

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg